Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

que di sum infructu puentionis. nec totū se ad hoc qd
agit confetat. ne abeo qd robuste sperare debum cadat.
Quod bene ac breuiter paulus exprimit dicens. Qui ha
bent uxores tamquā non habentes sint. et qui flent
tamquā non flentes. et qui gaudent tamquā non gau
dentes. Vxorem quippe quasi ñ habendo habet qui sic
pillam carnali consolatione utit. ut tam numquā ad
praua opera amelioris intentionis rectitudine eius
amore flectitur. Vxorem quasi ñ habendo habet. qui
transitoria esse cuncta conspiciens curam carnis et netes
sitate tolerat. sed eterna gaudia spe et desiderio expec
tat. Non flendo aut flere ē. sic exteriora aduersa
plangere. ut tam nouerit eterne spei consolatione
gaudere. Et rursū non gaudendo gaudere ē. sic de in
fimis animū attollere. ut tam numquā desinat
summa formidare. Vbi apte quoq; paulo post sub
didit. Preterit enī figura huius mundi. Ac si apte di
ceret. Nolite constanter mundum diligere. quando
et ipse non potest quē diligitis stare. In cassum cor
quasi manentes figitis. dum fugit ipse quē amatis.
Admonendi sum coniuges ut ea in quib' sibi aliquan
do displicent. et patientes inuicem tolerent. et ero
rantes inuicem saluent. Scriptū namq; ē. inuicem
onera ura portate. et sic adimplebitis legem xpi.